

Sequitur descriptio processus transmarini ex venetijs usq; in ter
ram sanctam.

Arinam iam nunc profectionem et navigationis descripturus ordinē. atq;
totius relique peregrinationis historiam texiturus. quoad potero breuitati
studebo. morigeruq; ero q;dum licet legentibus. ne fastidium eis generem
vllum interlegendum. Sed et humili dumtaxat et pedestri sermone. remissio
ricq; dicendi genere vtar. cōmuni omnium captui inferiatur. omni prorsus p̄cinnita
se cultu et venustate rethorice orationis posthabita. scimus q; oratio si circuitosa sit et
fucata. vel potius manufacta. ostendit animū quoq; nō esse sincerum. et habere aliquid
fracti. proinde nō ficto carmine. nō per ambages et varios dicendi anfractus incedam.
neq; quemadmodū sed quid dicam potius curabo.

Sitit euolutis. xxij. diebus quibus venetijs mansimus galee expeditionē pre-
stolantes cum iam tempus oportunum nauigandi instaret. Atq; omnibus ad
profectionem necessarijs in ordinez dispositis. iubente patrono nauigaturi ga-
leam intrare pararemus. ciuis quidam venetianus impedimentū nō modicum patro-
no et nobis prestitit. graues cōtra patronum ipm querelas apud senatum deponens ra-
tione debitorum nō solutorum zē. Quamobrem ne nostra diutius differeretur nau-
gatio. cōmuni decreuimus cōsilio inclitum accedere ducem venetiarum. sue principali
magnificentie supplicaturi. quatenus inducie patrono nostro. datis interim ab eo fide-
lissoribus. usq; ad redditū eius de terra sancta preberentur. aut certe quod maluisse mus
ceptis litibus finis si fieri posset quātous imponeretur. Quod totum factum fuit sub
paucorum intervallo dierum. His ita exacte prima die mensis Junij que tunc erat
dominica pruna post trinitatis galeam cum patrono intraimus. iactisq; anchoris ab
hora eiusdem diei tercia usq; in crastinum prosperum gratumq; ventum nō tam expe-
ctabamus diu q;d exoptabam. Quo tandem afflante. multa cū iocunditate et leticia can-
tans ex more Salve regina et quibusdam alijs antiphonis et collectis subiunctis. ex-
pansis velis postera die id est tercia Junij portū applicuimus Parenino.

in aet
occurrit
generem
remissio
cinita
sua sit et
aliquid
necdam,

ionem pre-
tribus ad
amiri ga-
mpano-
monstra
ur nauis
incipiali
co fide
volumens
in futu
re tunc erat
anchoris ab
io tam cyp
er lento can
abuncia. ex





